eo quòd naturâ prima sint. Corruptis nanque eis, simul cætera quoque pereunt: omne enim, ens & vnum. Quatenus autem necesse est, vt differentiæ participent his, si quis hæc genera ponat, nulla verò differentia participat genere, hoc pacto non videatur ea genera ponere, neque principia. Item, si magis principium est, quod simplicius quàm quod minus tale sit, vltima verò eorum, quæ ex genere sunt simpliciora quàm genere sint (hæc enim indiuidua sunt: genera verò, in plures species, & differentes diuiduntur) magis species quàm genera videantur principium esse: quatenus verò species simul cum generibus pereunt, genera magis assimilantur principiis. Principium nanque est, quod cointerimit. Hæc vtique, & huiuscemodi alia sunt, quę dubitationem habent.

CAPVT II.

Item vtrum ponendum est quicquam præter particularia, an non, sed horum est, quæ quæritur scientia. At hæc infinita sunt. Quæ verò præter singularia sunt, aut genera, aut species sunt: neutrius autem horum, quæ quæritur, scientia est. Cur enim hoc impossibile sit dictum est. Etenim omnino hæsitationem habet, vtrum arbitrandum sit, aliquam separatam substantiam præter sensibiles substantias, & has, quæ hîc sunt, an non, sed illa esse entia, & circa illa sapientiam versari. Quærere nanque videmur aliam quandam, & hoc est nobis propositum. Dico autem videre si quid per se separabile sit, & in nullo sensibilium existens. Item, si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles ea ponenda esset. Cur enim magis præter homines, quàm præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata, ponenda sit? At his sensibilibus, & corruptibilibus substantiis alias sempiternas æquales ponere, profectò extra rationem cadere videretur. Quòd si id, quod nunc quæritur principium, non est à corporibus separabile, quod aliud magis, quàm materiam quis ponet? At hæc, actu quidem non est, potentia verò est. Magis itaque, ac principalius ea videatur esse principium, species & forma. Verùm hæc quoque corruptibilis est. Quare omnino non est perpetua substantia, & per se separabilis. Sed hoc, inconueniens est. Videtur nanque esse, ac ab ipsis maximè gratia præditis quæritur, tanquam sit tale principium, ac talis substantia. Quo nâque pacto ordo erit, non existente aliquo perpetuo.

A διὰ τὸ εἶδ. πρῶτα τῇ φύσει. φθειρόντων γὰρ
αὐτῶν, συναναιρεῖται καὶ τὰ λοιπά. πᾶν γὰρ ὄν
καὶ ἕν. ἢ ἐξ τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἀνάγκη με-
τέχειν, εἰ θήσει τὶς αὐτὰ γένη. διαφορὰ δ' οὐ-
δεμία τῶν γένους μετέχει ταύτῃ δ' ἐκ ἂν δόξῃε
εἶναι αὐτὰ πιθέναι γένη, οὐδ' ἀρχάς. ἔτι δ' εἰ
μᾶλλον ἀρχὴ τὸ ἁπλούστερον τῶν ἔπειτα τοιού-
τον· τὰ δ' ἔσχατα τῶν ἐκ τῶν γένους ἁπλούστε-
ρα τῶν γενῶν· ἄτομα γὰρ τὰ γένη δ' εἰς εἴδη
πλείω καὶ διαφέροντα διαιρεῖται· μᾶλλον ἂν
ἀρχὴ δόξειεν εἶ. τὰ εἴδη τῶν γενῶν· ἢ ἐξ συναναι-
ρεῖ τοῖς γένεσι τὰ εἴδη, τὰ γένη τῆς ἀρχῆς
ἔοικε μᾶλλον· ἀρχὴ γὰρ τὸ συναναιρούμενον. τὰ μὴ
οὖν τῶν ὑπορίαν ἔχοντα, ταῦτα καὶ τοιαῦτ'
ἐστὶν ἕτερα.

Κεφάλαιον β.

Ἔτι πότερον δεῖ τιθέναι τὶ παρὰ τὰ
καθ' ἕκαστα, ἢ οὔ, ἀλλ' τούτων ἢ ζητου-
μένων νῦν ὅπερ ἡμῖν. ἀλλὰ ταῦτα ἄπειρα. τὰ γε
μὲν παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, γένη ἢ εἴδη ἐστίν.
ἀλλ' ἐδ τέρα τούτων ἢ ζητουμένων ὅπερ ἡμῖν. διότι
γὰρ ἀδύνατον τοῦτο εἴρηται. ἐξ γὰρ ὅλως ἀπορεῖν
ἔχει, πότερον δεῖ τινα ὑπολαβεῖν οὐσίαν
εἶ χωριστὴν παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας καὶ
τὰς ἀΐδιος, ἢ οὔ· ἀλλ' ταῦτ' εἶ τὰ ὄντα, καὶ
περὶ ταῦτα τῶν σοφίαν ὑπάρχειν. ζητεῖν γὰρ
ἐοίκαμεν ἄλλην τινά. καὶ τὸ προκείμενον
τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν. λέγω δ' τὸ ἰδεῖν, εἰ τι χωριστὸν
καθ' αὑτὸ, καὶ μηδενὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπάρχον.
ἔτι δ' εἰ παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας ἔστι τις
ἑτέρα οὐσία, παρὰ ποίας τῶν αἰσθητῶν δεῖ
τιθέναι ταύτην εἶ. τί δὴ μᾶλλον παρὰ τοὺς
ἀνθρώπους ἢ τοὺς ἵππους, ἢ τῶν ἄλλων ζώων ὁτι-
οῦν τις αὐτῶν εἶ, ἢ καὶ τῶν ἀψύχων ὅλως; τὸ
γε μὲν ἴσως τῆς αἰσθητῆς καὶ φθαρτῆς
οὐσίας ἀΐδιος ἑτέρας κατασκευάζειν, ἐκ-
τὸς τῶν λόγων δόξειεν ἂν πίπτειν. εἰ δ' μὴ
χωριστὴ τῶν σωμάτων ἢ ζητουμένη νῦν ὅτι
ἀρχὴ, τίνα ἄν τις ἄλλον θείη μᾶλλον τῆς ὕλης;
αὕτη γε μὲν ἐνεργείᾳ μὲν ἐκ ἔστι, δυ-
νάμει δ' ἔστι. μᾶλλον τ' ἂν ἀρχὴ κυριωτέ-
ρα ταύτης δόξειεν εἶ τὸ εἶδος καὶ ἡ μορ-
φή. τοῦτο δ' φθαρτόν. ὥστ' ὅλως ἐκ ἔστιν ἀΐ-
διος οὐσία χωριστὴ καὶ καθ' αὑτό· ἀλλ' ἄτο-
πον. ἔοικε γὰρ ἐξ ζητεῖ χρόνον ὑπὸ τῶν χα-
ριεστάτων, ὡς οὖσά τις ἀρχὴ καὶ οὐσία τοιαύ-
τη. πῶς γὰρ ἔσται τάξις μή τινος ὄντος ἀΐδιος
separata.